

conculcastis pedibus vestris: et cum purissimam aquam biberetis: reliquā pedibus vestris turbastis. Et oves mee his que conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur: et que pedes vestri turbaerant hec bibeant. Propterea hec dicit dominus deus ad vos. Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue et macilentū. Pro eo quod lateribus et humeris impingebatis et cornibus vestris venilabatis omnia infirma pecora donec dispergerentur foras: saluabo gregem meum: et non erit ultra in rapinam: et iudicabo inter pecus et pecus. Et suscitabo super ea pastorem unum qui pascat ea: seruum meum dauid: ipse pascet ea: et ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus ero eis in deum: et seruus meus dauid princeps in medio eorum. Ego dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis: et cessare faciam bestias pessimas de terra: et qui habitant in deserto. securi dormient in saltibus: et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem: et reducam imbratē in tempore suo: et pluuie benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructū suum: et terra dabit germen suum et erūt in terra sua absque timore. Et scient quia ego dominus cum contriuerō catenas iugum eorum: et eruo eos de manu imperatorum sibi. Et non erunt ultra in rapinam in gentibus neque bestie terre deuorabūt eos sed habitabunt confidenter absque villo terrore. Et suscitabo eis germen nominatum: et non erunt ultra imminuti facie in terra: neque portabunt ultra opprobrium gentium. Et scient quia ego dominus deus eorum cum eis: et ipsi populus meus domus israel. ait dominus deus. Vos autē greges mei greges pascue mee homines estis: et ego dominus deus vester dicit dominus deus. XXXV

E factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam aduersum montē

seyr: et prophetabis de eo: et dices illi. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te mons seyr: et extendam manum meā super te: et dabo te desolatum atque desertum. Et bases tuas demoliar: et tu desertus eris: et lices quia ego dominus: eo quod fueris inimicus sempiternus et concluseris filios israel in manus gladii in tpe afflictionis eorum: in tempore iniquitatis extreme. Propterea viuo ego dicit dominus deus quoniam sanguini tradam te: et sanguis te persequetur. Et cum sanguinem oderis: sanguis persequetur te. Et dabo montem seyr desolatum et desertum: et auferā de eo euntem et redeuntes et implebo montes eius occisorum suorum. In collibus tuis et in vallibus tuis atque in torrentibus interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te: et ciuitates tue non habitabuntur. Et scietis quod ego dominus deus: eo quod dixeris: due gentes et due terre mee erunt et hereditate possidebo eas: cum dominus esset tibi. Propterea viuo ego dicit dominus deus: quod facias iuram iram tuā et furorem zelū tuum quē fecisti odio habens eos: et notus efficiar per eos cum te iudicauero: et scies quod ego dominus. Audiui vniuersa opprobria tua que locutus es de montibus israel dicens. Deserti nobis ad deuorandū dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro: et derogastis aduersum me. Verba vestra ego audiui. Hec dicit dominus deus. Letante vniuersa terra in solitudinem te redigam: sicuti gauisus es super hereditatem domus israel: eo quod fuerit dissipata: sic faciam tibi. Dissipatus eris mons seyr: et idumea omnis: et sciet quia ego dominus. XXXVI.

Autē fili hominis propheta super montes israel: et dices. Nōtes israel audite verbū dñi. Hec dicit dñs deus. Eo quod dixerit inimicus de vobis: euge altitudines sempiternae in hereditate date sūt vobis. propterea variare et dic. Hec dicit dñs deus. Pro eo quod de